Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



TRO.

87

qm quia odit. imponit ei nomē pes
simum. ut dicat. non inuenī filiam
tuam virginem. ecce hēc sunt signa
virginitatis filie mēe. Expandentq;
vestimentū coram senioribus ciuitatis.
Apphendentq; senes vrbis illius virū
et castigabunt illum. Condempnatos ī sup
centum sicles argenti. quos dabit
pri puelle. qm diffamauit nomen
pessimum sup virginem israel. habebitq;
eam vxorem. et non potest eam dimit
tere omni tpe vite sue. Od si verū
est qd obiecit. et non est inuenta puella in
uenta virginitatis. educent eam extra
fores domus patris sui. et lapidibus ob
ruent viri ciuitatis illius. et morietur
qm fecit nefas in israel. vt fornicaret
in domo patris sui. et auferes malum
de medio tui. Si dormierit vir cū vxo
re alterius. vtq; morientur. id est adul
ter et adultera. et auferes malum de
medio israel. Si puellam que ē virgo
desponsauit vir. et inuenit eam ali
quis in ciuitate. et cubuerit cum ea.
ducetis utrumq; ad portam ciuitatis il
lius. et lapidibus obruentur puella.
quia non clamauit cū esset in ciuitate.
vir quia humiliauit vxorem proximi
sui. et auferes malum de medio tui.
Si autem in agro reperit vir puellam q̄
desponsata est. et apphendens dormiuit
cum ea. tunc morietur solus puella
nihil patietur. nec est rea mortis.
qm sicut latro consurgit contra fratrem
suum. et occidit animam eius. ita et puella
pressa est. Sola erat in agro. clamauit.
et nullus affuit qui liberaret eam. Si
inuenerit vir puellam virginem que
non habet sponsum. et apphendens dor
mierit cum illa. et res ad iudicium ve
nerit. dabit qui dormierit cum ea.
patri puelle. centum quinquaginta
sicles argenti. et habebit eam vxorem.
quia humiliauit illam. et non potest dimittere
eam cunctis diebus vite sue. XXIII.

Non accipiet homo uxorem patris
sui. nec revelabit operimentum
eius. Non intrabit eunuchus
aditus vel amputatis testiculis. et ab
scisso veretro ecclesiam domini. Non ingredietur
manzer. id est de scorto natus in ecclesiam
domini. usq; ad decimam generationem. Am
monites et moabites etiam post deci
mam generationem non intrabunt in
ecclesiam domini. in eternum. quia noluerunt
vobis occurrere cum pane et aqua in
via cū egressi estis de egypto. et quia con
duxerunt contra te balaam filium beor
de mesopotamia syrie. vt maledicerent
tibi. et noluit dominus deus tuus audi
re balaam. vertitq; maledictionem eius in
benedictionem tuam. eo quod diligeret
te. Non facies cum eis pacem. nec cu
ras eis bona cunctis diebus vite tue
in sempiternum. Non abhominabis
idumeum quia frater tuus est. nec egyp
tium. quia aduena fuisti in terra eius.
Qui nati fuerint ex eis. tertia generatio
intrabunt in ecclesiam dei. Cū egressus
fueris ad bellum hostes tuos impugnan
custodies te ab omni re mala. Si fuerit
inter vos homo qui nocturno pollu
tus sit somno. egredietur extra castra
et non revertetur in castra. Hebis locum extra
castra. ad quem egrediens ad requisita
nature. gens paxillum in baltheo. Cū
sederis foris. fodies paxillum. et egesta
humo operies quod relevatis es. Dūs
enim deus tuus ambulat in medio castro
ut eruat te et tradat tibi inimicos
tuos. ut sint castra tua sancta. et nihil
in eis appareat fetiditatis. ne derelinquat
te. Non trades servum domino suo qui ad
te confugit. Habitabit tecum in loco qui ei
placuerit. et in una urbium tuarum requi
escet. nec contristes eum. Non erit me
retrix de filiabus israel. nec scortator de fi
liis israel. Non offerres mercedem